



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antidota Evangelica contra horum temporum hæreses**

**Stapleton, Thomas**

**Antverpiae, 1595**

3. Videns Iudas qui eum tradidit, quòd damnatus esset, pœnitentia ductus retulit 30. argenteos principibus sacerdotum & senioribus, dicens: Paccaui, tradens sanguinem iustum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39546**

## IN MATTHÆI CAP. 27.

3. *Videns Iudas qui eum tradidit, quod damnatus esset, pœnitentia ductus retulit 30. argenteos principibus sacerdotum & senioribus, dicens: Peccavi, tradens sanguinem iustum.*

**A**RIPIT hic occasionem Caluinus veram in Ecclesia Dei pœnitentiæ formam ac rationem fuggillandi, homo totius pietatis ac pœnitentiæ salutaris infensus habet. Si rectè (inquit) de pœnitentia docerent Papistæ in Iudæ pœnitentia suis scholis, in Iuda nihil desiderari posset, in quem tota eorum definitio competit. Hic enim cernitur & cordis contrito, & oris confessio, & operis satisfactio. Vnde colligimus illos tantum corticem arripere, quia omittunt quod præcipuum erat, hominis ad Deum conuersationem, dum pudore & metu fractus peccator sibi renuntiat, ut se addicat in obsecruum iustitiae. Hæc ille, Cauillator ridiculus argumentum facit, cui in scholis Catholicis vel insimus tyrûculus uno verbo statim satisfaceret, negando minorem propositionem. Ait enim & sublumit ridiculè, in Iudæ pœnitentia cerni cordis contritionem, & cætera requisita, quæ in illa cerni nec probat, nec probare vñquam poterit. Sed hic est Caluinii ludus in Scripturis depravans, & in dogmatibus Catholicis vellicâdis. Ponit & affirmat apertè falsa, veluti de fide certa aut alioqui evidenter vera. Moxque ex apertè falsis, nec vel minimo verbo confirmatis, omnem quam vult falsitatè fortiter & copiose concludit. In Iuda nulla fuit cordis vera contritio, nulla oris legitima confessio, nulla etiam satisfactio, qualis in scholis Catholicis docetur. De cordis contritione

Caluinii  
ludus in  
Scripturis  
depravans.

Cc 5 tione

**In Lucam**  
lib. 10.  
**cap. 96.**

tione sic docere Calvinum Sanctus Ambrosius  
potuit. *Habebat lachrymas Petrus, quas pio fundebat  
affectu; non habebat proditor fletus quibus culpa abluerit,  
sed tormenta conscientie quibus sacrilegium fatigetur. Do-  
cet & verè docet non cordis contritionem, sed*

**Heb. 13.**

*conscientiae tormentum in Iuda fuisse. An nesci-  
Calvinus lachrymas Esau, in quibus pénitentia non  
inuenit, à vera cordis cōtritione discernere? Nō ex  
corde contrito & spiritu humiliato propter Deū  
offēsum, sed ex animo irācūdo & spiritu superbo  
propter primogeniturā amissā, lachrymæ Esau  
processerunt, vt eo in loco latius dicetur. Sic à  
vera pénitentia hanc Iudæ carnificinam discer-  
nere debuit. Quod & vox græca diuersa eum do-  
cere potuit. Quod enim pénitentia ductus dici-  
tur, nō est græce μετανοή, quo verbo véri pa-  
nitentes cū resipiscientia coniuncta in Scripturis  
designari solent, sed μεταμελέτη, quod simplicem*

**Annotat.**

in Act.

**cap. 5. 31.**

*animi mutationem notat, & quidem talem, iuxta  
Bezā, quæ peccati merces & iter ad desperationē,  
De quo quippe prius ex auaritia gaudebat, de eo  
nunc ex conscientiae cruciatu torquetur & dolet:  
nec propter Deū offēsum aut amantissimo Do-  
mino iniuriā factā, sed propter facinoris sui tor-  
pitudinem, quæ vel inuito se ingerens eum quies-  
cere non sinebat. Oris confessio vel satisfactio,  
qualis in scholis Catholicis docetur, multo mi-  
nus in Iuda videtur. Confessio quippe quæ pars  
pénitentiæ est, non nisi legitimo Dei ministro &  
iurisdictionem habenti, idque animo absolutio-  
nis impetrandæ, iuxta scholas Catholicas, fieri  
debet: quorum nihil in Iuda locū habuit. Satis-  
factio similiter nō simplex est restitutio rei alie-  
næ aut turpiter acquisitæ, qualē hic solum Iudas  
exercuit, & quæ ex natura rei debetur;*

præ-

præterea aliqua certa pœna legitimè iniuncta,  
qua vel Deo & Ecclesiæ satisfiat, vel ipsi pœnitentia  
medicinæ in modū subueniatur. Iudas igitur nulla planè ex parte illam pœnitentiam egit,  
quæ in scholis Catholicis docetur.

Iamquod addit Caluinus, omitti à Catholicis quod Putida  
præcipuum erat, hominis ad Deum conuersionem, dum puz  
dore & metu fraetus peccator in obsequium iustitiae se ad-  
dicit, putidæ calumnia est, quam quilibet amicula  
Catholicæ mœdacijs arguet. Omnes enim qui pœ-  
nitentiam Catholicam aggrediuntur, hoc om-  
nium esse primum intelligunt, ut de peccatis pre-  
teritis odio concepto, & emendationis proposito  
firmiter arrepto, per veram cordis contritionem  
ad Deum se conuertant, & ad melioris vitæ  
studium serio se accingant. Sed nisi mentien-  
do cauillari Caluinus non potuit: ideoque  
mentiri necesse illi fuit, qui quoquo precio cauillari voluit.

46. Circa horam nonam clamauit Iesus voce magna: Deus  
meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?

**H**O c in loco infernalem veréque Saranica doctrinam suam de maledictionis & iræ diuinæ metu atque horrore quem Christū in animo concepisse blasphemat Caluinus, confirmare nititur. Quanquam (inquit) apparuit plus quam humanus vigor in Christi clamore, certū tamē est vehementi doloris illi fuisse expressum. Et certè hic præcipius fuit conflictus & omnibus alijs tormentis durior, quod in suis angustijs a deo leuatus nō est Patris auxilio vel doctrina fauore, ut se quodammodo alienū s̄tiret. Neg enim corpus so- de Christi lū in prætiū nostrā cū Deo reconciliacionis obtulit, sed in anima pœnis infernali- etiā pertulit debitas nobis pœnas: atq; ita verè factus est vir bus.  
dolo.

Caluini  
calumnia.

Satanica  
Caluini  
doctrina  
de Christi  
pœnis in-  
fernali-  
bus.